



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XVII. Donatio inter virum & vxorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

insuper contra cui litem intulerit
sol.tantos componat,& hæc episto-
la firma permaneat.

XVII. DONATIO INTER VI-
rum & vxorem quæ gestis sit
alligata.

Qvicquid enim inter coniu-
gatos de propria facultate,
ob amorem dilectionis inuicem con-
donare placuerit, scripturarum ne-
cessè est titulis alligari, ne in poste-
rum ab heredibus eorum possit cō-
uelli, quia secundum legem, si ma-
nente coniugio vir vxori, vel vxor
marito aliquid donauerit, si is cui
donatum est prior mortuus fuerit,
apud donatorem ea quæ donata
fuerant remanebunt. Igitur ego in
Dei nomine ille, dulcissima coniux
mea illa, si prius mortuus fuero quā-
tu, dono tibi per hanc epistolam
donationis, donatumque in perpe-

tuum esse volo, tres partes de omni
re facultatis mee, quantumcumque
in pago illo, in villis nuncupanti-
bus illis habere visus sum. Hoc est
tam terris, ædificiis, accolabus, man-
cipiis, libertis, vineis, syluis, pratis,
pascuis, aquis, aquarumue decursi-
bus, mobilibus & immobilebus, au-
rum tantum, argentum tantum,
æramentum in sol. tantos; Hæc om-
nia cum omnibus appenditiis, suif-
que adiacentiis, vel cum omni su-
praproposito, tibi dono atque trans-
fundō: quartam vero legitimis he-
redibus meis reseruo, quia malo
hoc habere te quam me, plus te quā
cæteros heredes meos. Similiter
ego in Dei nomine illa dulcissimo
iugali meo illi, si prior mortua fue-
ro, quam tu, dono tibi per hanc epi-
stolam donationis, sequitur supradi-
ctus *textus*. Si quis vero quod fieri
non credimus, si fuerit ullus de he-

redibus nostris, vel quælibet persona, quæ contra has epistolas uno tenore conscriptas, quas inter nos fieri rogauimus, aliquid agere, vel refragare cohauerit, illud quod repetit non vindicet, Et insuper contra cui litem intulerit sol. tantos coætus exsoluat. Et hæ epistolæ contulitionis, cum stipulatione Aquiliana, nostris vel bonorum hominum manibus roboratæ, firmæ permaneant.

XVIII. ITEM ALIO MODO.

Igitur ego in Dei nomine ille, dulcissimæ coniugi meæ illi, dono tibi per hanc epistolam contulitionis, donatumque esse volo locellum rem proprietatis meæ nuncupantem illum, situm in pago illo, cum terris, ædificiis, accolabus, mäcipiis, libertis, vincis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursi-